



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

Synodvs Ptolomensis In Libya, Avctore Synesio Ptolemaidis episcopo
congregata, sub Innocentio papa I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

INNOCENTIVS AFRICANVM VIII. HONORIVS² THEODOSIVS³ IMP. IOI

ANNO CHRISTI 410. compressæ , ad ritus suos palam redierant. Datum est hoc rescriptum postridie eius diei quo vrbs capta fuit: adeoque merito imperatoris Honorii obtentum credo , quod Alaricus rex Gothorum , vrbem nono Kalendas Septembbris captam , post triduum quasi fugatus reliquerit , in sui interitum concitus festinaret , atque imminente vrbis extremam cladem , Deus propitiatus auerterit. Baron. ann. 410. num. 47. 48. & 49.

Vrbem Romanam occupat Alaricus Gothorum rex.

*SYNODVS PTOLOMENSIS IN LIBYA,
AVCTORE SYNESIO PTOLEMAIDIS
episcopo congregata , sub Innocentio papa I.

N O T A .

ANNO CHRISTI 411. ² *Synodus.*] Anno salutis 411. Innocentii decimo , Honorio & Theodosio imperatoribus celebrata est Synodus Ptolemaide in Pentalopi Ægypti. Causa habiti ibidem Concilii hæc intercessit : Andronicus prouinciae praefectus multa crudelia in subditos , atque irreligiosa & impia aduersus ecclesiam perpetratarat , quibus in Synodo propositis atque probatis , communi omnium sententia diræ excommunicationis poena mulctatur. Baron. ann. 411. num. 53.

Locus, tempus & causa Concilii.

G E S T A C O L L A T I O N I S
C A R T H A G I N I H A B I T A E

Honorii Cæsar is iussu inter catholicos & Donatistas
coram Marcellino V. C. tribuno & notario
post consulatum * Varanis V. C.

Papirii Maffonis studio atque opera primum in lucem edita ,

A P. PITHOE O V. C. cum manuscriptis collata & emendata.

Collationis codex manuscriptus in veteribus membranis sic inscriptus est:

Liber oblatus ad altare sancti Stephani , voto Tulcherii canonici.
Deinde , Acta collationis seu gesta continet.

P R A E F A T I O O P E R I S P. M A S S O N O
A V C T O R E .

A CTA collationis Carthaginensis , Innocentio primo pontifice Romano , Honorii clementissimi Cæsar is iussu habita sunt , anno N iiij